

AVREA

AC PER VUTILIS

LECTURA, CLARISS.

AC IVRIS INTERPRETIS CON-

summatiss. D. Martini de Caratis, Laudensis, in lu-

crofissimo, & præ cæteris practicabili Opere Feudo-

rum, ad vtilitatem studentium Summarijs locu

pletata, & à mendis innumeris

repurgata.

In fine adiuncta est Disputatio longè vtilissima Ioannis de Anania, de Reuocatione Feudi alienati, ob quotidianum & crebrum eius vsum, & Autoris illustrissimi auctoritatem.

Vnà cum Indice Rerum verborumq; fidelissimo.



Coll. Soc. I. & S. V. Salam. ex dono P. P. P.

Basileæ, per Thomam Guarinum.

M. D. LXIII.

CLARISSIMIS VIRIS

ERVDITIONE, VIRTUTE, AC

PRVDENTIA PRAESTANTIBVS, D.

Ludolpho Haluero, Vicecancellario, Bartolo Ri-

chio, Consiliario Illustrissimi ducis Brunsvi-

centis Henrici, Iuris Doctoribus, do-

minis & amicis suis obseruan-

dis, Simon Schardius

D.

S. P. D.



INTER alia quamplurima argumēta
virtutis Imperatorū nostrorum, cum
insigni Reipub. constituendae pruden-
tia coniunctae, hoc quoq; non inter po-
strema meritò refertur, Viri clarissimi, quòd cognito,
omnia quae in imperio, inq; statu Reipub. essent, ab ijs
defendi atq; firmari, qui militari virtute præcellerent,
non solum cogitarint, vt ad imperium defendendum
strenuo & exercitato milite affluerēt, sed & eius va-
gae atq; indomitae cupiditates legum auctoritate repres-
se, intra virtutis atque officij metas continerentur.
Nam si rectè res consideraretur, quid militia legū vin-
culis soluta aliud quàm sceleratorum asylum, violen-
tiae atque impietatis schola, omniumq; scelerum liber-
tas futura esset? Itaq; cum non minus milite legibus a-
stricto, quàm strenuo atque parato sibi opus esse ani-
maduerterent, prudenter rationes, quibus antecessores

AVREA AC PERV-
TILIS LECTURA CLA-
rissimi ac iuris interpretis cōsummatissimi,
D. MARTINI de CARATIS LAV-
DEN. in lucrosissimo, & præ cæteris practi-
cabili opere **FEVDORVM**, Vnà cum di-
ctis Modern. **PAPIEN. & THAV-**
RIN. congruis locis breuiter
inertis, per modum reper-
torij, ac aliis additioni-
bus, ad vtilitatem
studentium.

INCIPIVNT CONSVETVDINES
FEVDORVM: Et primò

De his qui feudū dare possunt, & qui nō:
& qualiter acquiratur & retineatur. Tit. I.

S V M M A R I V M.

- 1 *Libri ad librum, Rubricæ ad rubricam, Legis ad legem, non solet fieri continuatio.*
- 2 *Omne ius constat aut ex scripto, aut ex non scripto.*
- 3 *Diuisio Rubricæ.*
- 4 *Consuetudo ex non scripto est.*
- 5 *Cōsuetudo in scripta relata, dicitur notoria, nec cōsuetudo esse desinit.*
- 6 *Libet feudorum Authenticus est & ligat omnes.*
- 7 *Libet Lombardiæ an sit Authenticus.*
- 8 *Libet Nouellarum Authenticus est & allegabilis.*
- 9 *Authenticorum liber allegabilis est & Authenticus.*
- 10 *Extravagantes an sint allegabiles.*



IN NOMINE DEI.

¶ Quāuis in principiis principiorū nō soleat fieri cōtinuatio, vt no. Bald. in rub. de ser. fug. (Nam libri ad librū non solet fieri cōtinuatio: vt vulgò allegatur gl. in rub. ff. de cōdic. fur. sicut nec legis ad

legem: gl. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posth.) tamen secundum Iac. de Bel. potest sic fieri continua-

- 2 tio: ¶ Nam omne ius nostrū constat, aut ex scripto, aut ex non scripto. §. constat. Inst. de iure nat. gen. & ci. ¶ Verūm quia in p̄cedētibus dictū erat de iure scripto: restat videre de iure nō scripto, & sic consuetudinario. Ideo cōpetēti ordine subiicietur rubrica hoc modo: Incipiūt consuetudines feudorū: Et primò, qui feu. da. pos. qualiter acquiratur & retineatur: ¶ Quę rubrica diuiditur in duas partes principales. Nam in prima ponitur rubrica generalis ad totum p̄sēns opusculum: in secunda, rubrica specialis ad p̄sentem tit. Secunda pars incipit, Et primò qui feudum. Itē secūda subdiuiditur in tres particulas. Nā in prima dicitur de personis quę feudum dant, in secunda de forma acquirēdi, in tertia de modo retinēdi. Secunda secundē ibi, & qualiter: tertia ibi, & retineatur. ¶ Contra rubricam opponit Bal. Nā dicitur in rubrica, Incipiunt consuetudines feudorū. ¶ Contrā, Consuetudo ex non scripto est. §. ex non scripto. Inst. de iure natu. gent. & ciuili. sed hīc est scripta. Ergo non est consuetudo. Sol. Bal. quòd scriptura hīc fit ad memoriā, ¶ & dicitur notoria consuetudo, quādo redigitur in scriptis. l. contrahitur. ff. de pignor. Similiter dixit Bal. in l. j. C. ad Velleja. quòd ex multitudine instrumētorum, maxime antiquorum probatur notoria cōsuetudo. Vel aliter sol. Bal. quòd
liceat

ADDITIO.

1 Et an ad essentiam consuetudinis, vel legis, vel gratiæ apostolicæ requiratur scriptura, vide diffusè per Fely. in rub. de consti. in c. et seq. col.

licet scriptura referat consuetudinē, tamen nō definit esse cōsuetudo: sicut, licet ius ciuile referat ius prætoriū, non tamen definit esse ius prætorium. §. sed his præt. Inst. de hære. qual. & diff. ¶ Quæro primò, an hic libellus sit Authenticus, vt liget oēs, tā ecclesiasticas, quàm seculares personas? & sic, an sit legendus publicè in scholis: & allegandus in pallaciis? Hostiè. tit. de immu. ecc. §. iiii. in summa cōcludit q̄ nō sit Autheticus, nisi quatenus in eo sint leges imperiales: vt leges Lotharij Imperatoris. Cōmunis autē sentētia scribentiū, maximè Iac. de Bel. Odof. And. de Ifern. b & Bal. hic est in contrariū: quòd hic libellus feudalis est auth. ligatq; omnes, quia ita seruator & minimè mutanda sunt, & c. l. minimè. ff. de legi. Nā inquit Do. Alberi. in l. de quibus. ff. de legi. quòd vidit hoc opusculum in pallaciis continuò obseruari. Pro prædictis bene facit c. j. de feud. cognit. c. quæ in ecclesiarum. de cōsti. c. cæterum. de iudi. in gl. & c. ex parte. de feu. & c. ad apostolicæ. de re iud. in vj. ¶ Quæro secūdo, an liber Lōgobardiæ sit Autheticus? Respondet Andr. de Ifern. quòd non est Auth. neque ligat omnes nisi quatenus in eo sint leges imperiales. l. canctos populos. C. de sum. tri. & fid. cath. Addite dictum Bal. in c. translato. de constit. qui ait, quòd postquam est abolitus titulus Regis Lombardiæ, sunt abolitæ leges: l. ij. §. exactis. ff. de origin. iur. l. decennium. C. de sac. sanct. eccl. ¶ Sed cōtra Bal.

Et quòd cōstitutiones feudorum liget ecclesias & ecclesiasticas personas, cōprobat per plura D. Ias. in prelu. feud. in iij. & seq. col. Et an ligent in foro conscientie, Fely. diffuse in cap. j. col. xij. versi. fallit vj. de cōstit. Pulchrè distinguit d. Fran. Curt. in tract. feu. ij. q. in si. primæ partis, in si.

Curt. in tract. feud. j. part. in j. q. col. ij. Et an ius feudorum sit allegabile in alia materia, quàm feudali, D. Fran. Curt. in ij. char. primæ partis, ver. ij. principaliter. Quæro pulchrè in suo consi. ccxij. in ij. dub. vbi dicit quòd quando iura feudalia sunt fundata in ratione naturali, possunt allegari ad decisionē in alijs materijs.

ADDITIO. An liber Lōgobardiæ sit approbatus, vide quòd de eo plenè ponit Fel. in c. ij. co. xxiiij. ver. xxxj. de lege, Lōgobardia. de rescrip. & c. et ibi per tres co. ponit ad saturitatē. Quid de deci. Rotæ, de sentētijs Inn. iij. de regulis cæcellariæ, et alijs quàm pluribus deci. D. Frā. Curt. in tract. feud. v. q. j. par. per totā. Vide de not. concil. quam dicit D. Frā. Curt. in tract. feu. in j. par. q. j. col. iij.

Hæc opinione tenet & cōprobat D. Ias. in prelu. feu. in j. col. & D. Fran.

I N D E X.

nium, per principis decretū ex cau- sa an auferri possit	67.26	Vxor, an possit dare feudum in dotem marito	192.3
utilis dominij in uasallum transferen- di causa	291.9	de Vxore quod dicitur, an in concubi- na locum habeat	113.8

F I N I S.

E M E N D A N D A.

pag. 78, 13 intenda. 144, 5 prohibente. 230, 20 absens.
ead. 22, 23 absentia. ead. 25 absentiam.

B A S I L E A E,

Excudebat Thomas Guarinus, Anno Salutis
humanæ, M. D. LXIII.
Mense Martio.

